51

MONUMENTA GERMANIAE

Swevi / Itaque

~~Et~~ Swevi frigore perierunt. Itaque conpulsi
fuerunt redire in patriam suam pro maiori
parte. Anno revoluto iterato rex electus Adolfus
venit cum Swevis suis in terram Orientalem
cum magna copia armatorum. Marchio vero
Fredericus castra sua precipua, puta Friberg
et Missen cum multis militaribus fidelibus
suis cum copiis victualium premunivit.
Rege Adolfo in civitate Aldinborg existente
direxit litteras de salvo conductu ad Frederi-
cum marchionem Missnensem, ut ad
eum in civitatem Aldinborg veniret, quibus
litteris credens Aldinborg cum paucis advenit.
At ubi compertum fuit, marchionem Fre-
dericum in hospicio adesse, mox Swevi cum
armis et potencia ad hospicium marchionis
occurrunt, ipsum in mensa sedentem occi-
dere satagebant, quod previdens quidam civis
Fribergensis, qui cum marchione advenerat
se inter marchionem et gladium vibratum
persecutoris celeriter opposuit, sicque in mor-
tem pro domino suo marchione dedit. Mar-
chio vero beneficio et auxilio suorum ad
superiora domus pervenit, sicque tutus presi-
dio de nocte manus eorum evasit. Audiens ita-
que rex Adolfus fodinam argenti Friberg fore
et esse cor marchionis, tradimentum cum civi-
bus Fribergensibus fecit, ita quod premissis
privilegiis et libertatibus imperialibus cives
Fribergenses dolo circumvenit, ut eum cum
suis de nocte intromitterent et ut castrum
cum multis militibus munitum sibi expugn-
nare iuvarent. Quod cum cives tunc traditores
regi promisissent, oportunitate captata nocte quadam
rex Adolfus per cives in civitatem intromittitur
et mox murum castri, antequam tradimentum

Margin notes:

m/ Missn.

m/ Missn.

fribergen

a) quidem c.

~~segg~~ ?

pmisit (prom.?)

f. CCLXVIII

a) ~~quod cum cives eis~~ cu iuvarent quod
iterum add., cum iuv. del.